



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

29 *Acceptio personarum non est apud Deum.*

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

tee, & illicita sunt consumendi, capit. 31. In primitiva Ecclesia tempore Apostolorum omnia bona oblata Ecclesie vendebantur, & de eorum precio omnibus communem vitam ducentibus, & aliis pauperibus indigentibus subveniebatur, sed postmodum Episcopi Apostolorum successores, annuente Pontifice Maximo, videntes melius fore, si bona oblata conservarentur matricibus Ecclesiis, & ex eorum redditibus indigentibus subveniretur, quam si venderentur, cum ex venditione precio consumpto sæpe necessariis egerent, nec haberent, unde subveniri possent; statutum fuit, ut bona non venderentur, sed ad usum prædictum matricibus Ecclesiis venderentur, ita ut Episcopi illos possent dispensare, cap. videntes, 12, quest. 1. & Abb. in quest. 4. Titius clericus, num: 15. ibi, secundum præsuppositum; & nihil proprium habere poterant, cap. clericus, cum pluribus seqq. 12, quest. 1.

29 † Nec nobilitas cujusvis gradus excusat, quia apud Deum non est acceptio personarum, Deuteron. cap. 1. S. Cyprian. relatus in cap. nec quemquam, de consecrat. dist. 4. & cap. novit, extr. de jud.

Prohibitio venationis, ludorum, commessionum, & aliorum non solum est realis respectu bonorum ecclesiasticorum, sed etiam personalis, aded quod Ecclesiasticus cujuscunque qualitatatis, & præminentie non excusatur, si habeat notabiles redditus patrimoniales; quia prohibitio est personalis, & est immane vitium, & non virtus in similes usus exponere. August. super Ioann. relatus, in cap. donare, & ibi gloss. 26, dist. cum alijs supra citatu.

30 † Permissum est tamen clericis laqueum, vel rete sine strepitu, & clamore, ac canibus, pro venatione ponere, quibus etiam licet pro capiendis piscibus linum texere, gloss. in dict. cap. qui venatoribus, eadem distinct. cap. nunquam, ibi, texantur, & linea, de consecrat. distinct. 5. & quandoque non tamen clamosa, sed quieta necessitatis causa, vel recreationis est venatio permessa, gloss. in cap. 1, in var. poluptate, de cler. venat.

† In primitiva Ecclesia tempore Apostolorum omnia bona oblata Ecclesie vendebantur, & de eorum precio omnibus communem vitam ducentibus, & aliis pauperibus indigentibus subveniebatur, sed postmodum Episcopi Apostolorum successores, annuente Pontifice Maximo, videntes melius fore, si bona oblata conservarentur matricibus Ecclesiis, & ex eorum redditibus indigentibus subveniretur, quam si venderentur, cum ex venditione precio consumpto sæpe necessariis egerent, nec haberent, unde subveniri possent; statutum fuit, ut bona non venderentur, sed ad usum prædictum matricibus Ecclesiis venderentur, ita ut Episcopi illos possent dispensare, cap. videntes, 12, quest. 1. & Abb. in quest. 4. Titius clericus, num: 15. ibi, secundum præsuppositum; & nihil proprium habere poterant, cap. clericus, cum pluribus seqq. 12, quest. 1.

† Etenim ex primæva institutione rerum Ecclesiarum, habentes patrimonium non poterant quicquam percipere ab Ecclesia, quamvis illi deservirent, quia, qui bonis parentum, & opibus sustentari possunt, si quod pauperum est, accipiunt, sacrilegium incurrunt, & committunt; & per abusionem talium iudicium sibi manducant, & bibunt, cap. clericos, cap. Pastor Ecclesia, 1, quest. 2, cap. dilectissimi, 12, quest. 1, cap. final. in fin. 10, quest. 1. & Abb. eadem quest. 4, numer. 12.

Verum, quia postmodum facultates Ecclesie creverunt, & fuit institutum, ut, qui vellent Ecclesiis Cathedralibus deservire, ex eorum bonis quatuor partes facerent, quarum una deberetur Episcopo